gare Nam ſatis tunc videtur tacite confiteri, per id quod
habetur in l. ſi d 10.§. Marcellus, ff. de iureiur. & facit quod
55 not. in ca. dudum, il 2. de elect. †Extra gloſ. vnum dubium
cagitur, videlicet an quando agitur per ſpoliatum non con
tra ſpoliatorem, ſed contra tertium, ad quem res violenter
oblata peruenit conditione, ex decre. ſæpe. de reſtitu. ſpol.
ſeu ex canone redintegranda. 4. quæſtio. i. an hoc caſu iſtud
a poſſeſſorium iudicium ſit priuilegiatum, [a] vt non admitta-
tur exceptio ſpontaneæ renunciationis, ſicut ad admitti-
tur quando agitur interdicto, vnde vi, contra ſpoliatorem?
hic videtur eſſe caſus quod non, ſecundum vnum intelle-
ctum, & in quantum aliqui intelligunt hanc decret. in hoc
caſu, ſcilicet quando intentatur conditio ex dicta decr. ſæ-
pe. vel ex canone, reintegranda. Sed contrarium tenuit In-
noc. in ca. 2. in verſic. exceptionis, infra de ordi. cogn. Et il-
lud communiter tenetur, & ſic videtnr, ꝙ iſte intellectus,
non procedat in hac decret. niſi ſaluaretur eo modo, quo
ſaluaui primum intellectum poſitum in glo. verſi. Reſigna-
tionis. Et per hæc expedita eſt decretalis iſta Nic. Ab.

Incipit lectura excellentiſſimi vtriuſque iuris interpretis D. Ant. de But. a tit. de translat. præla. vſque ad Titulum de offi. delega. ſuper quibus titulis D. Abb. demptis prædictis huius ſecundæ partis non ſcripſit, vel ſi ſcripſit, reperire nemo potuit.

ADDITIO.

a ¶Sit priuilegiatum. Vide de hoc per Paul. de Caſtro. conſi. 52. inci. Io. And. in c. ex tranſmiſſa, de reſti. ſpol. Spe. in tit. de peti. & poſſ. §. fi. & ibi caſus, quibus ſit ſpoliatus reſtituendus, & caſus quibus non, quos ponit ad num. 28.

De Tranſlatione Epiſcopi. Rub.

Viſo de quibuſdam modis quibus prouidendum eſt eccleſiis, videndum eſt de translatione, per quam etiam eis prouidetur interdum, vel aliter. Supra dictum. eſt de poſtulatione, ſed quia poſtulantur aliis eccleſiis alligati, ſupra de poſtula. prælat. cap. bonæ. & ca. vlti. quos oportet tranſferri, ideo &c. de materia. 7. quęſtio. i. per totum. 21. quæſtio. per totam, & coaptatur rubricæ, de offic. leg. cap. niſi, & cap. ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Expreſſio nominis non facit diſpoſitionem perſonalem in materia dignitatem concernente.*
Priuilegium conceſſum prælato acquiritur dignitati.
2 *Cauſæ maiores quæ dicantur, ad hoc vt earum cognitio ſpectet ad Sedem Apoſto.*
3 *Statuta laicorũ contra leges Imperatoris valent, ſed ſtatuta clericorum contra canones non valent.*
4 *Epiſcopus a propria ſede expulſus, ſi fuit ad aliam electus, non poteſt ad illam propria authoritate tranſire.*
5 *Archiepiſcopus ſiue Epiſcopus ante conſecrationem poteſt exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis, ſed non ea quæ ſunt ordinis, & ponitur quam iuriſdictionem habet.*
Capitulum ſede vac. habet ea quæ ſunt iuriſdictionis, non tamen omnia.
6 *Epiſcopus electus licet non poſſit conſecrare, poteſt tamen alteri Epiſcopo hoc demandare.*
Qui non poteſt per ſe, non poteſt per alium, quomodo intelligatur iſta regula.
7 *Archiepiſcopus an poßit ad Epiſcopatum transferri, & ſic deſcendere ad minorem dignitatem, & idem in Epiſcopo.*

CAP. PRIMVM.

Cum ex illo. Patriarcha qui confirmatur in Archiepiſcopum ſi ſe transfert ad ſedem Epiſcopalem, ab Epiſcoporum confirmatione ſuſpẽditur. h. d. Sunt quatuor partes. Prima probat translationem Epiſcoporum ſoli papæ competere. Secunda narrat reprehenſibile factum Patriarchæ, ibi, Miramur. Tertia, ibi, licet, reſpondet tacitæ quęſtio. Quarta, ibi, ne igitur. Pœnam imponit. Caſus liter. Quidam electus ad eccleſiam Apamẽſem dum eſſet ad illam eccleſiã confirmatus quę Archiepiſcopalis erat, quendam ſuum ſuffraganeum electum confirmauit. Tandem vacante Eccle. Tripolitana quæ erat eccle. ſuffraganea, & Epiſcopalis ſedes, dictus Apamenſis fuit electus ad dictam eccleſiam Tripolitanam. Patriarcha autem
Antiochenus dedit licentiam tranſeundi, prætendẽs, ꝙ hic
ex quo nondum erat conſecratus, ſed confirmatus, tantum
ad primam ſedem potuit tranſire abſque licentia papę, hoc
relatum fuit papæ. Papa attendens, ꝙ hæc poteſtas ad eum
tantum ſpectaret. i. vt oſtẽdat defectum eius qui licentiam,
dedit probat, ꝙ ad eum ſpectat poteſtas trãſferendi Epiſco
pum de loco ad locum. Primo quia ipſius poteſtas ex Deo
fuit. Secundo ꝙ ab eius poteſtate deſcenderũt canonica in-
ſtituta. Tertio hec canonica inſtituta decernũt maiores cau
ſas ad papam ſpectare. Et hoc cõcludit, temerarium aliquẽ
ſe de hoc intromittentem inferiorem a papa abſque papæ
conſenſu. Ad ſpeciem deſcendens, concludit, ꝙ non modi-
cum miratur, ꝙ dictus Patriarcha dictum archiepiſcopum
Apamen. & electum transferre voluerit, oſtendens etiam
data poteſtate, ex modo transferendi translationem illici-
tam: quia de paruo fecit maiorem, & maiorem minorauit,
& epiſcopauit archiepiſcopum, imo potius de archiepiſco-
pauit. Non obſtat excuſatio, propter quam potuit forte mo
ueri dictus Patriarcha, ꝙ dictus archiepiſcopus nondum,
eſſet conſecratus, quia ſufficit, vt transferri nõ poſſit, quod
ſit confirmatus, quod patet ex eo ꝙ epiſcopalia quantum
in eo fuerit exercuerat, eo ꝙ vt ex eius confeſſione conſta-
ſtabat, Epiſcopum Valienſem confirmauerat. Ideo papa ne
aliis audacia ſimilia per tractandi daretur, prædictum Pa-
triarcham ab Epiſcoporum confirmatione ſuſpendit. Not.
primo quod papa recipit poteſtatẽ immediate ex Deo, ad
1 hoc de iudi. c. nouit, qui fil. ſint legitimi. c. cauſam. †Not. ſe-
cundo, quod in materia dignitatem concernente expreſſio
proprii nominis nõ reſtringit diſpoſitionem ad papam, ſed
realis cẽſetur; & ſic potentius operatur. per hoc no. hic Do-
cto. ꝙ conceſſa pręlato acquiruntur dignitati, & priuilegiũ
illi conceſſum, eccleſiæ cenſetur conceſſum. operatur etiã
natura ſubiectæ materię plus, quam operetur nominis ex-
preſſio ad regulandum diſpoſitionem. Not. 3. ꝙ potentiam
ſtatuendi papa immediate recipit a Deo, ſicut & poteſtatẽ
2 iuriſdictionalem. †Not. 4. regulariter maiores cauſas tranſ-
ferendas per eccleſiam, & papam tractandas, ad hoc de ele.
c. quamuis. lib. 6. & de appel. c. vt debitus. ad fi. & no. quę di
a cantur maiores cauſæ, [a] quia illę ſunt apoſtolicæ ſedi reſer-
uatæ, & hæ dicuntur meri imperii, vt not. gl. de offi. leg. c. ꝙ
translationem, dixi de offic. ordi. c. ꝙ ſedem. Et not. hic ali-
quas enumeratas inter maiores cauſas, ſcilicet ſedium mu-
tationes, & Epiſcoporum translationes. Venio ad ver. Mi-
ramur. hic not. ꝙ electus dicitur Epiſcopus, vel archiepiſco
pus confirmatus antequam ſit conſecratus, ſuper hoc vide
glo. de reli. do. ca. 1. appellatur tamen interim archiepiſco-
pus. ſed dic, quia archiepiſcopus eſt futurus videlicet ani-
mi deſtinatione, ſecundum Inno. Not. 2. ꝙ indecens eſt trã
ſitus a iure exorbitans de maiori ad minorem dignitatem,
& ſic etiam, de minori ad maiorem abſq; debita forma, q̃a
notiſſima eſt cauſa, ſcilicet ambitionis, infra de cler. non re
ſi. c. 2. No. 3. per actum confirmationis recipit electus pote-
ſtatem Epiſcopalia miniſtrandi. Quid conferat confirma-
tio habes. ſupra de elec. c. tranſmiſſam. Et no. ꝙ transfertur
poteſtas confirmandi, & ſic videtur, ꝙ poteſtas confirman-
di ſit iuriſdictionis. Ex vltima parte no. duo, primum ꝙ pœ
na imponitur ad exemplum, & terrorem ſecũdum pœnam
transferentis confirmantis Epm, qui legitime tranſiuit, q̃a
ſuſpenditur a poteſtate confirmandi. Habemus hic quinq;
papæ probitionẽ, eius admirationẽ, Dei factum, factum Pa
triarchæ, & pœnam appoſitã. Oppo. circa primum, ꝙ ex ve
teris & noui teſtamenti authoritatibus proceſſit ius canoni
cum, non ex priuilegio illo, paſce oues, vel, Quodcunque li
gaueris, & cap. infra de accu. ca. qualiter. il 2. & c. cum opor
teat. poteſtas edendi canones proceſſit a Deo, vt in contra-
rio, materia autẽ canonum proceſſit ex priuilegio, vt hic.
Secundo videtur, ꝙ hæc poteſtas, ſ. ꝙ authoritate prælle-
gata proceſſit imperium a populo. l. 2. de orig. iur. Inſtit. de
iur. nat. §. ſed & quod principi. Sol. dicit glo. ex Deo pote-
ſtas papę fuit vt hic, poteſtatẽ autem imperii habuit ipſe a
populo.

ADDITIO.

a ¶Quæ dicantur maiores cauſæ. Vide Io. And. in c. quærelam, ſupra de elec. gl. & eundem, in c. fin. de iud. lib. 6. glo. Ang. & Doct. in l. ſed & ſi ſuſceperit, §. j. ff. eo Bar. in l. admonendi, col. pe verſi. ſed eſt aduertendum, & ibi Doct. ff. de iureiur Alb. de Ro. in l. bonæ fidei. col. fin. C. eo. tit. & iſtum in c. & ſi quæſtiones, infra de ſimon. Zac.